

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5072 4. 18. 2 C	4342	359	76
5073 5. 19. 3 BA	4343	360	77

fuerant, cum fortè ad Basilicæ dedicationem Ancyram Episcopi convenissent, Ancyranam Synodum celebra- vit: in qua Sirmiensis Ofii, ac Valentis, & ceterorum formula damnata, statutumque Patri filium substantia esse similem. Qua ex Synodo litteræ ad Phœnices, & Sy- rios datæ sunt: ubi Endoxii Antiocheni studio Anomœo- rum perfidia regnaverat. Deinde legati ad Imperat. pro- fecti Basilius ipse, Eustathius Sebaltenus, Leontius Cy- zicenus. Qui Imperatorem permoverunt, ut adversus Endoxium, & Anomœos ad Antiochenes scriberet. Postea auctore Basilio Synodum generalem indixit Con- stantius, primum Nicomediam; tum ea subversa Ni- cœam. Sed eadem concussa, Basilio mandatum, ut de idoneo loco prospiceret. Is ad Imperatorem Sirmium re- diens ibidem Marcum Arethusium, Georgium Alexan- drinum, Valentem, aliisque reperit.

Inter omnes convenit, ut eodem tempore duo Conci- lia celebrarentur; alterum Seleuciæ in Ifauria, ad quod Orientales convenirent: alterum Arimini, cui Occiden- tales interessent. Hæc ex Epiph. Hæref. LXXIII, aliisque collegimus Animadver. pag. 319.

S. Antonius monachus centesimo, & quinto ætatis anno in cremo moritur XVI. Kalend. Februar. Hieron. Chron.

*Eusebius Hypatinus.* *Liberii* 8. 23 111 1118 1107

Julianus Alemannos bello vexat, & ad pacem peten- dam subigit. Perse contra Romanos bellum movent: Amidam expugnant. Constantius Limigantes Sarmatas vincit. Lauritius Comes Ifauros tumultuantes comprimit. Amm. XVIII, & XIX.

Hic Coss. natus est Gratianus Valentiniæ F. XIV. Ka- lend. Maias. Eodem anno Honoratus ex Præfecto Præt. Galliarum primus Constantinopoli Præfectus. Urbi factus est III. Id. Decembris. Idatius. Hieron. Chron.

Hoc anno Constantii iussu Synodi duæ celebrantur, Seleuciæ, & Arimini. Basilius Ancyranus cum Ursatio, Valente, Marco Arethusio, Georgio Alexandrino, Ger- minio Sirmii congressus in eam fidei formulam consen- sit, ut *seras*, & *quasas* abolitis vocibus Filius Patri si- milis per omnia diceretur. Cujus formulæ auctor fuit Marcus.

Seleuciensis Synodus coram Lauricio Ifauriæ Præfide, & Leona Comite inita est Septembris XXVI. Magna ibi- dem altercatio fuit: cum alii de fide quaerendum prius, quam de Episcoporum causis contenderent; alii repugna- rent. Pervicit Leonas ut de fide prius ageretur. Ibi cum Acacius novam *seras*, & Nicænæ planè contrariam de- promeret, Semiariani resisterunt. Itaque Acacianis di- gressis, prior illa comprobata est, quæ Antiochiæ anno CCCXI. in Encaniis concepta fuerat. Postea Acacianis depositis, ii ad Imperatorem confugientes eundem con- tra Semiarianos commoverunt. Hæc ex Epiph. Hæref. LXXIII, Socrate, &c. in Animad. digestimus.

Interim Ariminum amplius cccc. Episcopi convene- runt, è quibus lxxx. tantum erant Ariani. Cum de fide primum quaeri placuisset, Valens & Ursatius instabant ut condita Sirmii à Marco formula reciperetur. Sed cum Ariamam hæresin damnare nollent, rejecti sunt, & pro hæreticis habiti. Inde legatos ad Constantium Synodus misit. Sed Ursacius & Valens jam Imperatorem occupar- ant, & adversus Catholicos incenderant. Itaque per Taurum Præfectum Arimini diutius Episcopos macerans plerisque compulit, uti subdola fidei professioni subscri- berent: in qua Valente suggerente, Filium Dei non esse creaturam sicut ceteras creaturas asserbatur. Ita Conci- lium Ariminese bonum initium, sedum exitum habuit. Severus lib. II, Athan. de Synod. Socrat. II, cap. XXIX. Sozom. IV, cap. XVI.

Valens accepta ab Imperatore potestate per civitates circumiens universos fidei Ariminesi subscribere cogebat: renuentes urbibus suis ejiciebat: veluti Liberium Pa- pam, Sozomene teste, lib. IV, cap. XVIIII.

*Constantius Aug. x.* *Liberii* 9. 24 11 1133 1108

*Julianus Cesar III.*

Horrenda Solis defectio in Oriente accidit Augusti XXVIII, feria 2, sub ortum Solis, digitorum XI.

Constantius Juliani gloriæ invidens, dum ab eo mili- tes abstrahere studet, & in Orientem transferre, ii Lu- tetiæ Parisiorum Julianum Augustum acclamarunt. In- terea Sapores Persarum rex Mesopotamiam aggreditur: Singaram capit: tum Bezabden, sive Phœniciam. Vir- tam

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
23	111	1118	1107
24	112	1133	1108

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5074 6. 1. 4 G	4344	361	78
5075 7. 2. 5 H	4345	362	79

tam in finibus Mesopotamiæ frustra tentat. Constantius Constantinopoli hiemat. Julianus Francos Athuarios re- primit. Ammian. XX. Julianus ipse Epist. ad S. P. Q. Athe- niensem. Zosim. III. Legatos exinde Julianus ad Con- stantium misit: quos hic superbe accipit; & interim con- tra Perias infeliciter pugnat. Ammian.

Hilarius Pictavorum Episcopus, cum apud Constan- tinopolim librum ipse Constantio porrexisset, ad Gallias rediit. Hieron. Chron. Hunc redeuntem S. Martinus è Gallinaria insula affectus est. Fortunatus in Hilarii vita.

Macedonius Constantinopoli pulsus hæresin suam con- tra Spiritum sanctum publicavit. Ei successus est Endo- xius Antiochenus Episcopus perditissimus hæreticus, Aëtii & Eunonii fautor. Meletius ab Endoxianis Seba- stia Antiochiam transfertur: qui simulatque sedem na- ctus est, Catholicam fidem professus est. ideo Constan- tii iussu eo dejecto Euzoius Episcopus ordinatur. Ita triplex Antiochiæ factio, Eustathianorum, qui Eusta- thium anno CCCXI. ejectione amplectebantur; Meletiano- rum, quos Eustathiani aversebantur, quod Meletius ab Ariani ordinatus erat. Utrique orthodoxi erant. Ter- tia fuit Ariatorum. Eudoxius ipso sermonis exordio sa- crilego joco Patrem *seras* pronunciare ausus est, quod nullum coleret. Theod. lib. II, cap. XXXI. Sozom. IV, cap. XXIV, XXV.

Julianus Viennæ quinquennialia dedit. Helena ejus uxor obiit. ejus corpus Romam misit. Ammian. XXI.

Iisdem Coss. Constantinopoli Dominicum dedicatur XI. Kalend. Mart. Idatius. Hieron. Chron. Socrat. II, cap. XLIIII.

*Taurus.* *Liberii* XII. *Imperator Florentius.* 10. *Julianus.* 25 1 Olymp. 285 1114 1109

Constantius Eusebia mortua Faustina duxit: è qua suscepta est Constantia posthuma, quam Gratianus duxit. Amm. XXI.

Julianus Constantii mortem instare præsciens, eum aggredi statuit. Litteras ad Athenienses, & Lacedæmo- nios dedit. Zosimus III. Christianos cultus, à quibus pridem desciverat, initio simulavit: ac festo Epiphanio- rum die mense Januario, in Ecclesiam solemniter procef- sit. Constantius Perfico bello perfunctus contra illum con- tendit. Sed in itinere prope Tarsum obiit III. Non. Octobris vitæ & imperii anno XI, & diebus paucis. Am- mian. XXI. Hieron. Chron. & Idat. Moplucrenis diem illum obiisse testantur.

Julianus III. Id. Dec. (ait Idat.) Constantinopolim in- gressus est. Sallustium Prætorio præfecit: quaestiones de Constantii amicis severissime exercuit: multos nece; aut exilio multavit. Christianorum antistes intra palatium vocatos suæ quemque sectæ servire jubet, eo animo ut ne inter se concordessent. Idolorum quoque fana resera- vit. Deinde Christianæ religionis sacramentis omnibus ejuratis, in Pontif. Max. profanis ritibus consecratus est. Episcopus exules revocavit. Amm. XXI, & XXII. Socrat. III, cap. IV.

De ætate Constantii discrepat ab Ammiano Victor, qui ætatis anno XLIV. mortuum esse refert, imperii XXXIX: Augustum verò fuisse XXIV, octo solum: cum fratribus & Magnentio XVI, quindecim Casarem. Entropius ait anno ætatis XLIV. obiisse, imperii XXXVIII, atque inter Divos relatum. Idem habet Socrat. II, cap. XXXVIII.

Accuratum imperii tempus est annorum XXIV, M. V, cum diebus aliquot.

*Mamertinus.* *Liberii* 11. 2 11 1115 1110

*Neovita.*

Ad Julianum variæ undique legationes adveniunt. Ipse contra Perfas profectus in itinere Nicomediam, Pessinun- tem, & Magnæ matris Deum delubrum adiit: tum An- tiochiæ hiemavit. Ammian. XXI.

Georgius Episcopus Alexandrinus ab Alexandrinis oc- ciditur: quos Julianus leniter increpare satis habuit: at- que Episcopi bibliothecam ad se devehit mandavit. Am- mianus.

Blanda sub hoc Imperatore persecutio illiciens magis, quam impellens ad sacrificandum: in qua multi ex no- stris voluntate propria corruerunt. Hieron. Chron. Non- nulli tamen martyrium obierunt. Claruit inter ceteros Artemius; qui sub Constantino contra Maxentium meruerat, & à Constantio Augustali Ægypti præfectu- ra donatus fuerat. Is aliorum specie criminum Antio- chiam perductus, ac Julianum liberè ob os increpans



DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5080 11. 7. 10 G	4350	367	84
5081 13. 8. 11 FE	4351	368	85
5082 14. 9. 12 D	4352	369	86
5083 15. 10. 13 C	4353	370	87

litudine revocantur. ac Gregorius quidem apologeticam orationem habuit. Basilius Eusebio Cæsariensi Episcopo operam navavit. Gregor. Epist. xv. & in laudem Basil. Lupinus. *Liberii xxxviii. Pomijex xlv. Imp. Jovinus. 16. Damasus 1. Gratiani.*  
Valentinianus hoc anno graviter agrotavit. Zosimus iv.  
Valens rursus in Gotthos movens ætatem ibi consumpsit, & Martianopolin rediit. Amm. xxvii.  
Moritur hoc anno Liberius v. Id. Septembr. cum sedisset annos xv. M. iv.  
Post ejus obitum scisma constatum est inter Damasum legitimis suffragiis electum xv. die Septembr. & Ursicinum: adeo ut in Basilica Sincini cxxxvii. cadavera uno die reperta sint, Viventio tum Urbis Præfecto. Ammian. xxvii. Hieron. Chron.  
His Coss. Constantinopoli grando ingens cecidit in modum petrarum iv. Non. Jul. & levatus est Gratianus Aug. in Gallis apud Ambianos in tribunali à patre suo Aug. Valentiniano die ix. Kalend. Septemb. Idatius.  
Rescriptum ab Imp. editum uti ob diem Pasche vinciti liberarentur, exceptis reis majestatis, adulteris, homicidis, maleficis, aliorumque gravium criminum reis. L. 111. Cod. de Indulg.  
*Valentinianus Aug. 11. Damasi 2.*  
*Valens Aug. 11.*  
Valens iterum in Gotthos movet. Ammian. xxviii.  
Nicæa ingenti terræ motu quassata v. Id. Octob. Idatius.  
Valentinianus Alemannos vincit. Persarum rex Armenia subacta Romanis bellum inferre parat. Ammianus xxviii.  
Defuncto Donato Pseudoepiscopo Parmenianus à Donatistis ordinatur, qui contra Catholicos scribit. Sed Optatus illum luculentissime confutat. Scripsit autem sub Valentin. & Valente. Hieron. de Script.  
*Valentinianus nob. puer. Damasi 3.*  
*Aurelius Victor.*  
Hic est Aurelius Victor nobilis Historiæ Romanæ scriptor.  
Valens Athanaricum Gotthorum regem fugat cui mox pacem petenti tribuit. Ammian. xxviii.  
Agon post annos xvii. restitutus est à Valente, ait Idatius, & Hieron. Chron. Cedrenus ait ipsum gentilibus sacrificia ludosque permisisse.  
S. Hilarius Valentinianum Imperatorem Mediolanum convenit acturus contra Auxentium. Sed urbe cedere jussus est, cum Auxentius simulata fide Imper. illudisset. Hilar. cont. Auxent. Idem porro vir sanctus paulò post obiit. Hieron. Chron.  
Damasus contra Auxentium Synodum cogit Episcoporum xc. in qua & ille damnatus est, & Ariminensis fidei rejecta formula.  
Anicius Probus Præf. Præt. Ambrosio Consularibus insignibus predito Insubriam, Liguriam, & Emiliam tradidit. Paulinus in Ambr. vita.  
S. Basilius mortuo Eusebio Cæsaree fit Episcopus xviii. Kalend. Jul. Greg. Nazianz. Epist. xx. & seq. & in Ecom. Basil.  
*Valentinianus Aug. 111. Damasi 4.*  
*Valens Aug. 111.*  
Valentinianus Saxones vincit, & Alemannos. In Valentis comitatu, cum nonnulli de successore quaesissent, ac primæ nominis illius litteræ compertæ essent Theod. multi Valentis jussu necati sunt. Occisus est etiam Maximus Cynicus Juliani familiaris. Amm. xxxi. Zosimus iv.  
Valente Antiochiam profecto, & Nicomediae consistente, Eudoxius Constantinopolitanus Episcopus moritur, cum sedisset annos xix. Respirant Catholici: & Eustathius Antiochenus Evagrium in ejus locum ordinat. Ariani verò Demophilum. Valens tam Eustathium, quam Evagrium relegat. Exinde grassari persecutio cepit. Octoginta ordinis Ecclesiastici viri, cum Nicomediæ ad Imperatorem deprecandi causâ venissent, à Modesto Præf. jussu Valentis in navem impositi, & in medio mari concremati sunt: ex quo fames ingens subsecuta. Socrat. iv. cap. xlii. & xlv. Idatius famem ait in Phrygia contigisse: & dedicatam esse sanctam Ecclesiam, ubi beati Episcopi positi sunt. Hieron. Chron. Constantinopoli, inquit, Apostolorum martyrium dedicatur.  
Eusebius Vercellensis moritur, & Lucifer Caralitanus. Hieron. Chron.

Ortho-

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5084 16. 11. 14 B	4354	371	88
5085 17. 12. 15 AG	4355	372	89
5086 18. 13. 16 F	4356	373	90
5087 19. 14. 17 E	4357	374	91

Orthodoxi complures Episcopi pulsi: Athanasius ipse vexatus. sed tumultuante populo in sede manere permittitur. Eusebius Samosatensis in Thraciam relegatus militari habitu Syriæ, Phœnicia, & Palæstinae iultravit Ecclesias. Theodore. iv. cap. xlii.  
Valens Cæsaream Cappadocia: veniens frustra Basilium tentat. quando & Galates ejus filius mortuus est. Gregorius quoque Nyssenus in exilium abiit. Socrat. iv. Sozom. iv. & alii.  
Hoc anno 111. Kalend. Augusti edita est ab Imperatoribus sanctio adversus Clericos & Monachos captatores. L. xx. de Episc. & Cler.  
*Gratianus Aug. 11. Damasi 5.*  
*Sex. Anicius Probus.*  
Valentinianus Alemannos per Severum ducem fugat. Mauritanicum bellum à Theodosio Magistro mil. feliciter confectum. Ammianus xxxi.  
Didymus Alexandrinus à v. ætatis anno captus oculis insignis habetur. Hieron. Chron.  
Basilus & alii Orientales Episcopi ad Occidentales scribunt, & illorum implorant auxilium. Basilus ipse variis agitatus calumniis ab Athanasio fovetur; ut ex ejus Epistolis liquet.  
Gregorius hoc anno Saimorum Episcopus ordinatur. ut in Carm. de vita sua ipse significat.  
Athanafius moritur, ut testis Socrat. iv. cap. 49. Petrus ei sufficitur. Valens autem Lucium ibidem ordinari præcipit. Ita Petrus à Palladio Præfecto vincitus: Clerici relegati tum in Catholicos, & Monachos dira grassatio. Socrat. iv. cap. 4.  
Valentinianus aram Victoris in Capitolio stare, eique gentiles Senatores sacra facere permisit. Symmachus ad Valentin. Ambros. Epist. lxxxix.  
*Modestus. Arimæus. Damasi 6.*  
Bellum contra Quados infelici exitu susceptum à Valentiniano. Theodosius junior Mœsiæ dux Sarmatas reprimat. Ammian. xxxvii.  
Burgundionum lxxxm. ferè ad Rhenum descenderunt. Amm. xxxviii.  
Melania nobilissima mulierum Romanarum Marcelli Cof. filia unico filio Prætoris tunc urbano relicto Jerusalem navigavit, ubi insigni virtute claruit. Hieron. Chron. Sed eadem adhibito Rufino Aquileiensi dum Ægyptum iustrat, Origenis erroribus inficitur. Meminit Rufinus ii. cap. vii. Hist.  
S. Hieronymus per id tempus in Syriæ solitudine versabatur: unde scripsit ad Rufinum Epist. xiv.  
Mauvia Saracenorum regina Christianam complexa fidem, & cum Romanis bellum gerens, pacem ea conditione petentibus dedit, uti Moysen anachoretam genti suæ Episcopum impetraret. Qui Alexandriam perductus, Lucio Ariano repudiato, à Catholico antistite ordinari voluit. Socrat. iv. cap. xxxix. Theodore. iv. cap. xxi.  
Per idem tempus obiit S. Hilario octogesimo ætatis anno. Hieron. ejus vita.  
*Valentinianus Aug. 11. Damasi 7.*  
*Valens Aug. 11.*  
Para rex Armeniæ in convivio jussu Valentis occiditur. Ammian. xxx.  
Roma in Synodo à Damaso damnatus est Apollinaris, nec non Vitalis ejus discipulus; qui Antiochia Romam ad Damasum profectus, & ad Paulinum Antiochenum remissus est cum libello, cui subscribere deberet. Quod cum subdolè fecisset, detecta fraude proscriptus est à Damaso. Sozom. vi. cap. xxv. Greg. Nazianz. Epist. 11. ad Cledon. In ea Synodo anathematismi complures editi sunt adversus varias hereses.  
Theodosius senior junioris, & postea Imperatoris pater Firmum Africa tyrannum ad obsequium, ac denuò rebellantem ad laqueum adigit. Gildo Firmi frater tyrannidem reparat, & Donatistis favens Catholicos persequitur: quo cum Optatus Donatista crudelissime in illos sævit. Ammian. xxxviii. & xxxix. Claud. de bello Gildon.  
*Gratianus Aug. 111. Damasi 8.*  
*Equitius.*  
Valentinianus cum Alemannorum rege Macriano jungit amicitiam. Amm. xxx.  
Auxentio Mediolanensi Episcopo mortuo Ambrosius in ejus locum ordinatur octavo postquam baptizatus est

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
8 5	111	1124	1119
9 6	111	1125	1120 Mali 22
10 7	Olymp. 288	1126	1121
11 8	111	1127	1122

DE DOCTRINA TEMPORUM,

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	nni Chr.	Æra Dioc.	Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
426 5088 20. 15. 3 D	4358	375	92	11 9 1	111	1118	1123
5089 21. 46. 4 CB	4359	376	93	13 10 2	111	1119	1124 Maii 21
5090 22. 17. 5 A	4360	377	94	14 11 3	Olymp. 289	1120	1125
5091 23. 18. 6 G	4361	378	95	15 12 4	111	1121	1126

est die, VII. Id. Decembr. Hieron. Chron. Paulinus in illius vita.  
 In Gallia Valentinum Concilium IV. Id. Julii celebratur, cujus IV. Canones extant.  
 S. Epiphanius à Magistratu & Clericis Suedrorum, in Pamphylia rogatus, Ancoratum scribit.  
*Valens.*  
*Poff. Conf. Gratiani, Damasi & Equitii.* 9. *Imp. Valentin. Jun.*  
 Thermæ Carofianæ dedicatæ sunt, agente Præfecto V. C. Vindalio Magno. Idatius.  
 S. Martinus Turonorum Episcopus ordinatur. Gregor. Turon. lib. 11. Hist. Franc. cap. XIV.  
 Valens in Christianos acerbius se gerit, & inter alia lege lata facit, ut Monachi militarent. Idem mox à Themistio placatur. Sozom. VI. cap. XXV. Hieron. Chron.  
 Floruit enim hoc tempore Themistius, quem & Gregorius Nazianzenus observavit, ad eumque scripsit Epist. CXXXIX, & CXL.  
 Ambrosio Simplicianus vir sanctitate & eruditione præstantis datus est, ut ab eo institueretur. Aug. Conf. VIII, cap. 11.  
 Photinus perditissimus hæresiarca moritur. Hieron. Chron.  
 Sarmatis incurfantibus Valentinianus exercitum in eos apparat. Sed iisdem per legatos deprecantibus, vehementius ille commotus apoplexia perit XV. Kalend. Decembris in castello Brigitione. Eius filius Valentinianus Junior ab exercitu Imperator acclamatur X. Kalend. Decemb. in civitate Acinco, quæ est in Pannonia inferiore. Idat. Hieron. Chron. Ammian. XXX. Vixit annos LIV: imperavit non plenos XII, sed minus 111. ferè mensibus.  
 S. Epiphanius Panarium hoc anno scribere est aggressus.  
*Valens Aug. v.* *Damasi*  
*Valentinianus Aug.* 10.  
 Gotthi ab Hunnis expulsi à Romanis jussu Valentis suscepti, & in Thracia collocati sunt. Idatius. Ammian. XXXI. Gotthorum duces erant Fritigernes, & Athanaricus. qui deinde Lupicini Romani in Thracia ducis avaritia commoti contra Romanos bellum gesserunt, & eorum copias attriverunt. Ammian.  
 Valentiniani senioris corpus V. Kalend. Jan. Constantinopolim delatum est. Idat.  
 Theodosius senior Theodosii post Imperat. Pater, Valentis, ut apparet, jussu in Africa post susceptum baptismum occiditur. Eius filius periculo se subducit. Hieron. Chron. Oros. VI, cap. XXXIII. Ambros. in fun. Theod.  
 Gratianus X. Kalend. Maii Treveris Hæreticorum conventus prohibet, & eorum loca fisco addicit. L. IV, Cod. Theod. de Hæret.  
 Idem XVI. Kalend. Jun. causas ad religionem pertinentes inter Clericos ortas ab Episcopo convocatis diœcesanis presbyteris terminari jubet. de criminibus verò Judicem civitatis cognoscere. L. XXI. Cod. de Episcop. &c.  
*Gratianus Aug. IV.* *Damasi*  
*Merobaudes.* 11.  
 Gotthi adversus Romanos rebellant: contra quos missus est exercitus. Idatius. Ammian. XXXI. Valens Antiochia profectus, serâque penitentia ductus à persecutione desistit. Hieron. Chron.  
*Valens Aug. VI.* *Damasi*  
*Valentinianus Aug. II.* 12.  
 Valens ab Oriente Constantinopolim ingreditur, 111. Kal. Jun. & 111. Id. Jun. ad fossatum venit. cum Gotthis confligit miliario XII. ab Hadrianopoli V. Id. Augusti: & ex eo die nusquam comparuit. Inde toto anno per diœcesin Thraciarum, & Scythiæ, & Mæsiæ Gotthi habitaverunt simul, & prædati sunt, & usque ad portas urbis Constantinopolitanæ venerunt. Idatius.  
 Ammian. XXXI. refert Lentienfes Alemannos à Gratiano domitos esse: Valentem verò gloria hujus æmulum contra Gotthos maturasse prælium: ne Gratiano adjutore vicisse crederetur: mortuum annos ferè I. natum, cum annos propè XIV. imperasset. Imperavit exacto calculo annos XIV. M. IV. circiter. Incensus est autem à barbaris in villa, quò ex acie faucibus deportatus fuerat: uti Socrates L. IV. Theod. IV, alique scribunt.  
 Gotthis porrò ad urbem propius accedentibus, Constantino-

LIBER DECIMUS TERTIUS.

Per. Jul. * Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.	Impi. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
5092 24. 19. 7 F	4362	379	96	13 11 1	111	1123	1127
5093 25. 1. 8 ED	4363	380	97	14 12 2	111	1124	1128 Maii 20

stantinopolitani à Domnica uxore Valentis animati illos repulerunt. Socrat. V, cap. I.  
 Hucusque S. Hieron. Supplementum Eusebii perduxit: reliqua Prosper adtexuit.  
*Ausonius.* *Damasi* *XVI.* *Gratianus.*  
*Hybrius.* 13. *Imperat.* *Valentinianus.*  
 His Coss. Gratianus Theodosium Sirmii XIV. Kalend. Februarii Imperatorem facit, eique concessit Oriente, in Occidentem abiit. Theodosius cum Gothis feliciter pugnat, eosque Thracia pellit. quod post adeptum imperium ab eo factum esse testantur Zosimus IV, Idatius, Prosper. At Theodoretus V, cap. V, antequam Imperator esset. Scribit Idatius multa bella cum Gothis esse commissa. Deinde XV. Kalend. Decembris nunciatas esse victorias adversus Gotthos, Alanos, & Hunnos.  
 Longobardi ex insula Scandia, Iborea, & Aione duobus egressi Vandalos primùm vicerunt, Prosper.  
 Sempronius vir eruditus agnoscitur. Id.  
 Priscillianus Episcopus de Gallæcia ex Manichæorum, & Gnosticorum dogmate hæresin nominis sui condidit. Prosper.  
 S. Bassilius Kalend. Jan. decessit: cujus ab obitu nono mense Concilium Antiochiæ celebratum; in quo Paulini ac Meletii consensu decretum est, ut alterutro vita suo alter Episcopatum solus obtineret: sex primoribus presbyteris iurejurando adstrictis. Damnatu & Apollinaris: tum variæ legationes ad constituendas Ecclesias mandata. Gregorius Nyssenus in Arabiam missus. Eusebius Samosatensis Syriam, ac Mesopotamiam intravit. Gregorius Nazianzenus Constantinopolim profectus est; cui tum præerat Demophilus Arianus, Socrat. V, cap. V, Sozomen. VII, cap. 111.  
 Hieronymus à Paulino Antiocheno presbyter ordinatur. Hieron. Epist. LXI.  
 Idem Constantinopolim ad Gregorium Nazianzenum se contulit, eoque præceptore usus est. Hieron. ad Pamm. cont. Ruf. Idem porrò Gregorius initio à Constantinopolitanis despectus, vite & eruditionis admiratione populam ad se trahere cepit. qui ad Episcopatum urbis illius ipsum perducere studet, renitente Petro Alexandrino. qui cum initio per litteras hunc illi honorem detulisset, postea mutato consilio in Maximum Alexandrinum inclinavit: qui ex Cynico Christianus Constantinop. veniens à Gregorio magna in veneratione habitus, ejusdem occupare locum omni ope conatus est: & verò periecit, ut absente Gregorio in sede collo. aratur: & ordinationes ibi aliquot fecit. Reversus Gregorius in illum declamavit. Nazianz. de vita sua.  
 Adversus hæreses omnes edita sanctio Mediolani 111. Non. Aug. L. V. Cod. Theod. de Hæres.  
*Gratianus Aug. v.* *Damasi*  
*Theodosius Aug.* 14.  
 Theodosius Thessalonica morbo correptus ab Acholio Catholico antistite baptizatur. Postea sanxit, ut damnatis hæresibus omnibus sola Catholica fides obtineret: quam scilicet à Petro acceptam Romana Ecclesia, & Damasus teneret, & Petrus Alexandrinus. Data est sanctio Thessalonica 111. Kalend. Mart. L. 11. Cod. de fide Catholica.  
 Procurante Gratiano pax cum Gotthis firmatur. Prosper.  
 Ambrosius pro Catholica fide multa sublimiter scripsit. Idem.  
 Justina Valentiniani Augulti mater Ariana femina hæresin promovere studet: cui acerrimè restitit Ambrosius. Paulinus in ejus vita.  
 Theophilus Alexandrinus tum Clericus, postea Episcopus, c. annorum computum Paschalem ab hoc anno ortus est. Leo M. Epist. LXIV. Vide lib. 11. de Doctrina Temp. cap. LXIX.  
 Maximus Cynicus Theodosium Thessalonica convenit, ut sibi Constantinopolitanæ sedem Ecclesiæ confirmaret. Sed ab eo rejectus est. Gregor. Nazianz. de vita sua.  
 Petro Alexandrino Episcopo mortuo successit est Timotheus ejus frater. Niceph. Chron.  
 Theodosius XVII. Kalendis Decembris Constantinopolim ingressus Arianis Ecclesiis admittit, quas XI. jam annos tenerant. Demophilus urbe cessit. Gregorius Nazianzenus in Ecclesiam introducit VI. Kalend. *Paris II.* *Hhh 2* *Decemb.*

428	Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5094	4364	381	98	
25. 2. 9 C.				

Decemb. Socrat. v. cap. vii. Idatius. Marcellinus Comes.

*Eucherius.* *Damasus*  
*Syagrius.* 15.  
 Athanaricus à suis pulsus Constantinopolin ad Theodosium venit III. Id. Jan. & eodem mense diem obiit VII. Kalend. Febr. ac regio honore sepultus est. Idatius. Zosimus IV. Propter. Marcellinus.

SECUNDA SYNODUS OECUMENICA CONSTANTINOPOLITANA.

His Coss. Constantinopolitana Synodus œcumenica celebratur à cl. Episcopis. cujus series & ratio satis perplexa sic à nobis ordinanda putatur.

Cum à Theodosio pulsus Arianus Gregorius in Ecclesiam introductus esset; Theodosius ut ei firmaret Episcopatum Meletium Antiochia Constantinopolin excivit; ubi cum paucis Episcopis id præstitit. Postea verò ad conciliandam Ecclesiarum discordiam, earumque statum ordinandum, pleniorum conventum Episcoporum indixit: in quo nonnulla de fide contra Macedonii hæresin decreta sunt, deque ordinationibus Maximi. Interim moritur Meletius: cui cum Flavianus succederetur, Gregorius Nazianzenus vehementer resistit; quòd ex pacto solum Paulinum in eam dignitatem succedere oporteret. Orta deinde, uti sit, altercatione, & superveniente Timotheo Alexandrino, & Ægyptiis, agrèque ferentibus his à Concilio confirmatam esse Gregorio sedem, quod quidem juris Alexandrini esse dicerent, eò demum progressa res est, ut Gregorius Episcopatu sponte cederet: cui Nectarius subrogatus est. Hæc ex Greg. Nazianz. Carm. de vita sua.

Theodoretus lib. v. cap. vi. refert post mortem Meletii Timotheum Alexandrinum Maximum in locum Gregorii substituere voluisse; sed Concilium reclamasse. Tum abdicato Gregorio, suffectoque Nectario, Canones fuisse conditos. Ira durante adhuc Concilio, nec dum finito, Gregorius abdicavit sese.

In eo Concilio contra Macedonium de Spiritus sancti divinitate decretum editum est cum fidei Symbolo. Deinde sui dicecisi cuique limites præscripti, atque Episcopo Constantinopolitano post Romanum privilegia concessa sunt. Sed id à Romanis Pontificibus minimè receptum fuit. ut ex Gregorio M. constat, lib. vi. Epist. cxxv. Sed & Maximi ordinationes abrogatæ, & alia quedam constituta sunt. Celebratum est Concilium mense Maio, & ad finem Julii perductum est.

Theodosius III. Kalend. Aug. ad Auxonium Procos. Asiæ rescripsit, uti Catholicis antistitibus Ecclesiæ traderentur, qui cum præcipuis, quos ibidem nominat, orthodoxis Episcopis communicarent: Nectario Constantinopol. Timotheo Alexandrino, Pelagio Laodicensi, Diodoro Tarfensi, Amphilochio Iconiensi, Helladio Casariensi, Gregorio Nysseno, &c. L. III. Cod. de fide Catholica.

Idem & Episcoporum, qui ab Arianis martyrium passi fuerant, reliquias transferri cum honore iussit. atque ita S. Pauli corpus Constantinopolin in Basilicam Pauli ab eo dictam deportatum est. Sozom. VII. cap. x. Socrat. v. cap. ix.

Tum adversus Arianos, & Manichæos, aliisque postea editæ sanctiones, quæ lib. XVI. Cod. Theod. Tit. III. continentur.

Eodem anno Nonis Septembris, Concilium Aquileiense celebratum est, in quo Palladius & Secundianus Ariani Episcopi post longam tergiversationem anathemate percussi sunt.

In Hispania Cæsaraugustæ contra Priscillianistas Synodus est habita, in qua damnati Instantius, & Salvianus Episcopi, Helpidius & Priscillianus laici. Damnati Episcopi Priscillianum Episcopum Abilensem constitunt. Idacius, & Ithacius Episcopi acerrimè contra illos insurgunt, & à Gratiano rescriptum impetrant, quo longius amandari jubebantur. Illi Romam profecti, & à Damaso, tum ab Ambrosio rejecti, corrupto Macedonio Magistro Officiorum, rescriptum ab Imperatore aliud impetrant, quo in integrum restituntur. Ita in Hispaniam reversi Ithacium fugere cogerunt. Sulpit. II.

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
15	Olymp. 290	1134	1129

Antonius.

Per. Jul. *O Ind.	Mundi.	Anni Chr.	Æra Dioc.
5095	4365	382	99
27. 5. 10 B.			

*Antonius.* *Damasus*  
*Syagrius.* 16.

Theodosius corpus Valentiniani in sarcophago deposuit IX. Kalend. Mart.

Eodem anno universa gens Gotthorum cum rege suo in Romaniam se tradiderunt v. Non. Octob. Idatius.

Damasus Romæ Synodum celebravit; ad quam acciti Episcopi Orientales excusarunt sese, & ipsi Constantinopolin convenerunt, indeque ad Damasum scripserunt. Ad eam Synodum invitatus ab Orientalibus Gregorius Nazianzenus adesse noluit. Nazianz. Epist. LVI. & LXXVI.

At Romam hoc anno venerunt Paulinus Antiochenus, Epiphanius Cyprici Episcopi, unaque S. Hieronymus. Item Acholius Thessalonicensis, & S. Ambrosius Theodoret. v. cap. ix.

Hieronymus itaque Romæ apud Damasum substitit, eique ab Epistolis fuit. Scripsit & adversus Helvidium, & Jovinianum. nec non contra Luciferianos. Cum honestis verò matronis, aliisque de sacrarum literarum studis identidem conferebat; & in omnium oculis ferebatur. ut ex illius Epistolis sparsum colligitur.

Maximus in Britannia tyrannidem arripuit. qui Treveris sedem imperii constituit, & Victorem filium imperii consortem adhibuit. Zosimus IV. Socrat. v. cap. x. Aur. Victor.

*Merobaudes* II. *Damasus*  
*Saturinus.* 17.

Arcadius Augustus factus Constantinopoli in milliario VII. decimo septimo Kalend. Febr. Idat.

Maximus tyrannus per Andragathium ducem Gratianum à suis desertum occidit VII. Kalend. Septembris Lugduni. Marcell. Comes. Socrat. lib. v. cap. ix.

Postea legatos ad Theodosium misit. Valentinianus junior ad Maximum Ambrosium destinat. Ambros. in Fun. Valentin.

Arsenius Constantinopolin à Damaso mittitur, ut Imperatoris filio præfesset. Vita Arsenii.

Augustinus annos natus xxx. clam matre Romam ad docendam rhetoricam se contulit. Lib. v. Confess.

Corpus Constantiæ Augustæ Constantini filix Constantinopolin ingressum est II. Id. Septembris. Idatius.

Theodosius iterum Constantinopoli Synodum colligit ad dirimendas Ecclesiarum controversias; in eaque sanctarum principes rogat ecquid veteres Patres approbarent. affirmantibus iis, illorum ergo placitis & auctoritate uti starent admonet. Socrat. v. cap. x.

Contra Christianos ad Gentiles cultus deficientes rescripsit Theodosius XIII. Kalend. Jun. L. II. Cod. de Apostatis. Idem & adversus hæreticos decernit L. VIIII. IX. X. Cod. de Hæret.

*Ricimer.* *Damasus* *Imper.* *Valentinianus.*  
*Clearchus.* 18. *Theodosius.*

Legati Perfarum Constantinopolin adveniunt pacem à Theodosio postulant. Eodem tempore Honorius natus est v. Id. Septembris. Idatius. Marcellinus.

Symmachus Urbis Præf. de restituendo Deorum cultu Valentiniano libellum offert, quem refellit Ambrosius. Vide Epist. ejus xxx.

Obiit Damaso III. Id. Decembris cum sedisset annos XVII. M. III. Vacavit sedes xxxi. diebus.

S. Augustinus hoc anno Mediolanum à Symmacho ad docendam Rhetoricam mittitur, cum annum ingressus esset ætatis xxx. ubi Ambrosium frequenter audiebat. Ad eum Monica pia mater ex Africa venit, deque ejus conversione laboravit. Confess. v. cap. XIII. & lib. VI. cap. I.

Adversus hæreticos edita sanctio L. XIII. Cod. de hæret.

Themistius hoc anno VI. orationem in laudem Theodosii dixisse videtur, cum is sextum jam in imperio annum haberet, ut pag. 157. vers. 17. indicat. ac nescio an non & Præfectus Urbis tum ab eo factus sit. Vide quæ ad illam Orat. notamus.

*Arcadius Aug.* *Bauto.* *Pontifex* *Siricius* 11.  
 xxxix. *Siricius* 11.

Hic est Bauto Cof. cujus in ingressu Augustinus Mediolani pro officio suo Panegyricam in laudem Imperatoris habuit. VI. Conf. cap. VI.

Siricius Papa III. Id. Febr. eligitur.

Hhh 3

Burdegala

Imp. Rom.	Olymp.	Urbis cond.	Æra Nab.
16	Olymp. 291	1135	1130

16	11	1135	1130
8			
4			

17	111	1136	1131
9			
5			

10	14	1137	1132
6			

Maii 19

11	Olymp.	1138	1133
7	291		